

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100



**Q**uarto die dixit deus. Fiāt luminaria in firmamēto celi: et diuidant diem et noctē. Et sint in signa et tempora: et dies et ānos: vt luceāt in firmamēto celi et illuminēt terrā. Et factū ē ita. Fecitq; deus duo luminaria magna: luminare maius: vt p̄fesset diei: et luminare min⁹: vt p̄fesset nocti et stellas: vt diuiderent lucē et tenebras. Moyses p̄mo celestiu meminit q̄ posuit de⁹ in firmamēto vt lucerēt in celo: et terrā illuminarēt solē videlicet lunā et stellas: quib⁹ ip̄a supior mundi ps ornat: vti terra ornat his q̄ in ea sunt metallis: plātis: aiantib⁹. Cū em̄ de natura firmamēti dixerat: restabat vt de opib⁹ siderū: deq; eoz officio dīficeret: declarās in quē vsum fundata: et cui muneri delegata a deo fuerint. Celestiu em̄ corpoz due i vniuersum manifeste opationes mot⁹ et illūatio: mot⁹ duplex statuit. Alter mūdi totū q̄ celū et ether. 24. horis: p̄ totū spaciū vniuersi p̄fecto ambitu circūuoluūtur. Alter siderū p̄p̄ius multiplex et varius. Inter q̄s p̄ncipalis motus solis: q̄ spacio. xij. mensiu zodiaci signa om̄ia circuit. Ille diē facit: vnde et diurnus dī: hic autē annū. Reliqui siderū motus varijs tempoz interuallis paguntur. Recte igitur et breuiter nos oīm admōnuit Moyses cū dixit posita sidera in firmamēto in dies annos et tempa. Indicauit p̄terea expresse reliquā opationē siderū. Que ē illuminatio: cū dixit statuta illa vt lucerēt in celo: et terrā illuminarēt. In hec igitur ministeria et lune et solis et stellaz sunt corpa distributa. Sol em̄ q̄ oritur in die: licet sit vnus (vñ solē esse appellatū Cicero vult videri) q̄ obscuratis siderib⁹ solus appareat. Tamē verū et p̄fecte plenitudinis lumē ē: et calore potissimo: et fulgore clarissimo illusciscit oīa. Quis em̄ stelle innumerabiles micare ac radiare videant: tamē qz non sunt plena ac solida lumia: nec caloris p̄ferūt q̄cūq;: nec tenebras multitudine sua vincūt. Duo igit p̄ncipalia inueniūtur. que diuersam et p̄riā sibi hnt potestates calor et humor: que mirabiliter de⁹ ad sustentāda et gignēda oīa excogitauit. Altissime hic p̄tractāde essent q̄stiones: et q̄ sibi singule iustū volumē exposcerent: quo pacto hec sidera sint in firmamento: an vti p̄tes eius nobiliores: an vt aīalia in suis speris: in aq̄ pisces. iumēta in terris: congressum hic itē locus cū Benethiacis sibi exposceret diuinādi per astra: et p̄noscedi futuros euētus: sciam hinc p̄firmatib⁹ q̄ Moyses sidera i signa posita a deo dixerit: Que rendū hic etiā de natura siderū: de motu: de p̄ncipatu: de lune maculis: deq; om̄i siderali sciētia. Verū quāq; sint pulcra et digna cognitu. Audiemus fortassis Horacianū illud sed nunc non erat hic locus.

